

The Electronic Manipulus florum  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

*Manipulus florum*, Perfectio h:

Mons altitudinem uirtutum significat  
ad quam angelus hortatur

qui  
uero uiderit se non posse concendere. Melius est ut in  
Segor, id est in paruula, remaneat contentus laicali et  
communi uita quam montem uirtutis arripiat et ad  
secularia redeat.

Est ciuitas hic iuxta et cetera.

Iuxta dicitur et tamen ad salutem  
tuta quia actiuia uita, nec a mundi curis  
ex toto discreta, nec a gaudio eterne  
salutis aliena.

Gregorius super illud Genesis XIX.:  
In monte saluum te fac.

Fons proximus:

Perfectio h  
cum fontibus proximo et primis

Fontes primi:

**In monte saluum te fac.** Strabo.  
Mons altitudinem virtutum significat.  
ad quam angelus hortatur.  
secundum illud. Si vis perfectus esse. vade et vende  
omnia que habes et et cetera. Mus  
vero uiderit se non posse concendere: melius est vt in  
segor id est in paruula remaneat. contentus laicali et  
communi vita. quam montem virtutis arripiat: et ad  
secularia redeat.

*Glossa ordinaria, liber Genesis, 19.17* (Biblia Latina  
cum glossa ordinaria, A. Rusch ed., Strassburg, 1480).

Inde idem Lot ad angelum dicit:

Est civitas haec juxta,  
ad quam possum fugere, parva, et salvabor in ea.  
Numquid non modica est, et vivet anima mea in ea?  
Juxta igitur dicitur, et tamen ad salutem  
tuta esse perhibetur, quia actualis vita nec a mundi curis  
ex toto discreta est, nec tamen a gaudio aeternae  
salutis aliena.

Isidorus Hispalensis, *Expositiones sacramentorum seu quaestiones in Vetus Testamentum*, In Genesin, 15.8 (PL 83, col.246B).

**Est ciuitas hic et cetera.**

Isidorus....

Iuxta dicitur, et tamen ad salutem  
tuta. quia actiuia uita nec a mundi curis  
ex toto discreta: nec a gaudio eterne  
salutis est aliena.

*Glossa ordinaria, liber Genesis, 19.20* (Biblia Latina  
cum glossa ordinaria, A. Rusch ed., Strassburg, 1480).